CCLXXV.

23. August 1283.

Rudolphus Rom. Rex juramenta, que Wenceslaus regni Bohemie heres, vi inductus, marchioni de Brandenburg prestitit, irrita declarat.

Testes: — nobiles viri H. marchio de Hohberg, *F. burggravius de Nurnberg*, Al. de Hohemberg, Egeno de Furstenberg, de Nifen et de Geroltseke nobiles.

Datum et actum *Freyburg* in Ottlandia, X. Kalendas Septembris, indictione undecima, anno 1283, regni anno X.

Pertz Mon. Germ. IV. p. 444 sq.

CCLXXVI.

## Graf Heinrich von Castell verzichtet, nebst seiner Gemahlin Adelheid, vor dem Bischof von Bamberg auf alle Ansprüche an deren Vater, Burggraf Friedrich von Nürnberg.

1. September 1283.

Nos Bertoldus dei gracia Episcopus Babenbergensis, notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod, cum Auunculus noster Comes Hainricus de Kastel et vxor sua *Adelhedis, matertera nostra,* omni exactioni et iuri, siue parti hereditarie, que sibi in vniuersis hominibus, possessionibus et bonis dilecti Auunculi nostri *Friderici Burgrauii de Nurenberch* in aliquo conpetebant, coram personali presencia nostra, cum bona et deliberata uoluntate, pure, precise et in omni parte renunciarent integraliter et perfecte, nec ipsis de omnibus bonis dicti auunculi nostri, quocunque nomine censeantur, uel sui heredes in aliquo uel in nullo tenerentur, nisi quod esset de ipsius uel heredum suorum fauore et gracia speciali, predictis genero suo et filie sue in quingentis libris ad presens inter a . . . m . . . . . ., quam eis . . . . . propter nuptias dedit, seu persoluit, temporibus oportunis . . . . . Baptiste proxime venturo, villam ipsorum in . . ggensheim pro sexcentis libris hallensium promittit . . . . ter redempturum. Quod si forte non . . . fecerit, quod absit, ipsis omne dampnum, quod intentione et occasione vll . . . . . Auunculus noster Comes de Kastel et vxor sua sustinuerint, ad plenum ab eo et . . . . . uidetur. Preterea a prelibato festo beati Johannis Baptiste, ad vnum annum immediate . . . . . Centum



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

libras Hallensium ipsis obligat se daturum; In quocunque autem articulo predictorum ipsis non satisfecerit ..... eo decedente, heredes suos ad satisfaciendum huiusmodi presentibus obligauit. Item memoratus Auunculus noster H. Comes de Kastel promisit coram nobis, quod nec castra, *Kastel* scilicet et *Halleberch*,*) cum suis attinentiis cuiquam vendat, obliget, seu quomodolibet aliter alienet, sine *FR. de Nurenberch Burgrauii, soceri sui*, licentia speciali. In cuius rei testimonium, presentes litteras conscribi fecimus et sigillis, proprio uidelicet, *Burgrauii FR. de Nurenberch* et Heinrici Comitis de Kastel vxorisque ipsius, roboribus communiri. Datum et Actum *Wachenrode*, Anno domini MCC Octuagesimo tertio, Kalendis Septembris.**)

Original im Königl. Bairischen Reichsarchive,
in sehr schadhaftem Zustande.

Vgl. v. Stillfried Mon. Zoller. (v. J. 1843) I. pag. 153 sq.

Die vier Siegel hängen an, das der Gräfin *Adelheid*, Tochter des Burggrafen, in folgender Gestalt.

*) *Halburg* im Königl. Bair. Landger. Volkach.

**) Vgl. Lang Reg. Boic. IV. 774, wo fälschlich eine gleiche Urkunde d. d. *Wachenrode* (Wachenroth, im K. Bair. Landger. Höchstadt) anno 1280, III. Kal. Septbr. (30. Aug.) als von Bischof Berthold von *Würzburg* ausgestellt angeführt wird, während p. 225 die Urkunde nach Datum und Inhalt richtig angegeben ist.

CCLXXVII.

## Burggraf Friedrich von Nürnberg bestätigt, als Lehnsherr, eine Schenkung Alberts von Puchheim an das Spital von Pyhrn.

17. October 1283.

Nos *Fridericus Burcgrauius de Nurenberch* per presentes publice profitemur, quod hoc est de nostro consensu ac beniuola voluntate, quod vir strennuus Albertus dictus de Bv̊chaim bona infrascripta, que a nobis tenuit in feodo, videlicet Curiam dictam *uftempuhel*,*) sitam in valle Gercensi, et feudum, quod dicitur hvba, in *Kirdorf*,**) dedit ad hospitale sancte Marie in pirno monte et donauit,



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf